



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Sententiæ declaratoriæ excommunic. contentæ in Clem. I. de sent.
excom. Form XLIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

terdicta, non fuerint à Concilio Tridentino revocata: contingit aliquando, quod horum opinione freti, Interdicta localia generalia per Ordinarios promulgata,

Regulares non servant: Unde quatenus casus eveniat, constito de Interdicti violatione, ad sequentem declaratoriam deveniendum erit.

Sententiæ Declaratoriæ.

F O R M U L A X L I V.

VI sis relatione, instantia nostri Promotoris Fiscalis, & testium depositionibus, ex quibus constat PP. N. N. Ordinis N. in eorum Ecclesia non servasse interdictum generale per Nos promulgatum in loco N. quod matrix Ecclesia d. loci servat, sed illud, publicè celebrando, laicis sacerdotalibus sanis Eucharistiam ministrando, & cadavera sepeliendo violasse, illos ad observantiam Decretri S. Concilii Trid. c. 12. sess. 25. de regular. reducere cupientes, tanquam incurvos in excommunicationem Clementinæ 1. de sent. excom. dicimus, & declaramus prænominatos PP. N. & N. esse publicè denunciandos, prout denunciari volumus, & mandamus ut ab omnibus nostræ jurisdictioni subjectis evitari debeant, & possint, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Actuarius.

S U M M A R I U M.

- 1 In facto notorio pro instructione Judicis requiritur processus facti.
- 2 Citatio ad dicendum causam quare, requiritur ex urbanitate, etiam in facto notorio.
- 3 Nemo præsumitur velle delinquere sine causa.
- 4 Datur forma citationis ad exhibendum privilegium.
- 5 Privilégia Regularibus concessa ante Concilium sunt revocata.
- 6 Regularibus allegantibus privilegium nisi illud exhibeant, non est credendum.
- 7 Regulares tenentur observare Interdicta ab Episcopo promulgata non obstante contraria consuetudine.
- 8 Interdictum locale generale non est

- Regularibus intimandum, nisi ad cautelam.
- 9 Regulares administrantes Sacramenta sacerdotalibus sanis, tempore Interdicti, ab Episcopo possunt puniri.
- 10 Episcopus pro observantia Decretorum Concilii, potest censuris Regulares punire, & n. 11. 12. & 20.
- 13 Regulares Censuris quando delinquent, ab Ordinario coercendi, & non aliis ponis, & allegantur rationes, & num. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
- 21 Cui licet, quod est plus, licet quod est minus.
- 22 Quando non liquet de violatione Interdicti, & dubium est, est supercedendum in denunciatione censuram.

De.